

non solum inter barbaros, sed etiam inter omnes Græciæ civitates, clam dare operam cœpit ut Ioniam et Æoliã restitueret Atheniensibus. Id quum minus diligenter esset celatum, Tiribazus¹, qui Sardibus² præerat, Cononem evocavit, simulans ad regem cum se mittere velle magnã de re. Hujus nuntio parens quum venisset, in vincula conjectus est, in quibus aliquandiu fuit. Inde nonnulli eum ad regem abductum, ibique periisse, scriptum reliquerunt. Contra ea, Dinon³ historicus, cui nos plurimum de persicis rebus credimus, effugisse scripsit. Illud addubitat, utrũ Tiribazo sciente an imprudente sit factum.

¹ *Tiribazus*. General persiano.

² *Sardibus*. Sardis, ciudad en la Lidia: es *Sardes*, *Sardium*. Los Sardos, ó naturales de Cerdeña, se llaman *Sardi*, *Sardorum*.

³ *Dinon*. Escribió una historia de la Persia; fué padre del historiador Clitarco, que acompañó en sus conquistas á Alejandro el Grande, cuya historia escribió Clitarco con mucho ingenio, pero con muy mala fe.

X.

DION,

HIJO DE HIPARINO, SIRACUSANO.

CAPÍTULO I.

Dion, noble y emparentado con los dos Dionisios, vive en la intimidad de estos príncipes, de quienes merece entera confianza. (Año 4 de la olimpiada xcv, 575 antes de J. C.)

Dion, Hipparini filius, Syracusanus, nobili genere natus, utrãque implicatus⁴ tyrannide Dionysiorum². Namque ille superior Aristomachen, sororem Dionis, habuit in matrimonio, ex quã duos filios, Hipparinum³ et Nisæum, procreavit, totidemque filias, Sophrosynen et Areten; quarum priorem Dionysio filio, eidem cui regnum reliquit, nuptum dedit; alteram, Areten, Dioni. Dion autem præter nobilem propinquitatem, generosamque majorum famam, multa alia a naturã habuit bona: in his ingenium docile⁴, come, aptum ad artes optimas; magnam corporis dignitatem, quæ non minimum commendat;

⁴ *Implicatus*. Metido, empeñado.

² *Dionysiorum*. Padre é hijo, que reinaron tiránicamente en Zaragoza de Sicilia.

³ *Hipparinum*. Uno de los sobrinos de Dion.

⁴ *Ingenium docile*. Natural blando.

magnas præterea divitias a patre relictas, quas ipse tyranni muneribus auxerat. Erat intimus Dionysio priori¹, neque minùs propter mores quàm affinitatem. Namque, etsi Dionysii crudelitas ei displicebat, tamen salvum esse propter necessitudinem, magis etiam suorum causâ, studebat. Aderat in magnis rebus; ejusque consilio multùm movebatur tyrannus, nisi quâ in re major ipsius cupiditas intercesserat². Legationes verò omnes, quæ essent illustriores, per Dionem administrabantur; quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter administrando, crudelissimum nomen tyranni suâ humanitate tegebat³. Hunc, a Dionysio missum, Carthaginenses suspexerunt, ut neminem unquam græcâ linguâ loquentem⁴ magis sint admirati.

CAPÍTULO II.

Dion consigue que Platon vaya á la corte. Espera en vano que despues de la muerte de Dionisio será dividido el reino. Ofende á Dionisio el Jóven. (Año 1º. de la olimpiada ciii, 568 antes de J. C.)

Neque verò hæc Dionysium fugiebant. Nam quanto esset sibi ornamento sentiebat; quo fiebat ut uni huic maximè indulgeret, neque eum secùs diligeret

¹ *Priori*. Al padre, al mayor.

² *Nisi quâ in re major ipsius cupiditas intercesserat*. Sino cuando Dionisio se dejaba arrastrar de la fuerza de su pasión.

³ *Suâ humanitate tegebat*. Templaba, suavizaba con su afabilidad.

⁴ *Ut neminem unquam græcâ linguâ loquentem*. A ningún griego.

ac filium. Qui quidem, quum Platonem Tarentum¹ venisse fama in Siciliam esset perlata, adolescenti negare non potuit, quin eum arcesseret, quum Dion ejus audiendi cupiditate flagraret. Dedit ergo huic veniam², magnâque eum ambitione Syracusas perduxit. Quem Dion adeo admiratus est atque adamavit, ut se totum ei traderet. Neque verò minùs Plato delectatus est Dione. Itaque, quum a Dionysio tyranno crudeliter violatus esset, quippe quem venundari³ jussisset, tamen eòdem rediit⁴, ejusdem Dionis precibus adductus⁵. Interim in morbum incidit Dionysius. Quo quum graviter conflictaretur, quæsivit a medicis Dion⁶ quemadmodum se haberet; simulque » ab his petiit, si fortè majori esset in periculo, ut » sibi faterentur⁶. Nam velle se cum eo colloqui de » parlando regno, » quòd sororis suæ filios, ex illo natos, partem regni putabat debere habere. Id medici non tacuerunt, et ad Dionysium filium sermonem retulerunt. Quo ille commotus, ne agendi cum eo esset Dioni potestas, patri soporem⁷ medicos dare

¹ *Tarentum*. Tarento, ciudad de Apulia.

² *Veniam*. Licencia.

³ *Venundari*. La causa por la cual Dionisio mandó vender á Platon como á esclavo, fué por la libertad con que habló á favor de la justicia contra la tiranía.

⁴ *Eòdem rediit*. Volvió á la corte, segun las señas despues de la muerte de Dionisio el mayor.

⁵ *Precibus adductus*. A instancias.

⁶ *Sibi faterentur*. Que le hablasen claro.

⁷ *Soporem*. Dormideras ó adormideras, segun el efecto que se siguió: es de sospechar que tambien le dieron yerbas ó veneno.

coegit. Hoc æger sumpto, ut somno sopitus, diem obiit supremum.

CAPÍTULO III.

Dionisio el Joven disimula su resentimiento. Dion consigue que Platon vuelva á la corte; pero Filisteo se opone.

Tale initium fuit Dionis et Dionysii simultatis, eaque multis rebus aucta est; sed tamen primis temporibus, aliquandiu simulata inter eos amicitia mansit. Quumque Dion non desineret obsecrare Dionysium ut Platonem Athenis arcesseret, et ejus consiliis uteretur, ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari, morem ei gessit¹. Eodemque tempore Philistum² historicum Syracusas reduxit, hominem amicum non magis tyranno quam tyrannidi³. Sed de hoc in eo meo libro plura sunt exposita, qui de historicis conscriptus est. Plato autem tantum apud Dionysium auctoritate potuit, valuitque eloquentiam, ut ei persuaserit tyrannidis facere finem, libertatemque reddere Syracusanis. A qua voluntate Philisti consilio deterritus, aliquantò crudelior esse cepit.

¹ *Morem ei gessit.* Condescendió con él.

² *Philistum.* Pariente de Dionisio el mayor, y á quien el mismo habia desterrado. Fué escritor estimado, que escribió la historia de Sicilia.

³ *Amicum non magis tyranno quam tyrannidi.* No menos amante de la tiranía que del tirano.

CAPÍTULO IV.

Dion es deportado á Corinto: su mujer es entregada á otro esposo; y su hijo es corrompido. (Año 5 de la olimpiada cv, 538 antes de J. C.)

Qui quidem quum a Dione se superari videret ingenio, auctoritate, amore populi, verens ne, si eum secum haberet, aliquam occasionem sui daret opprimendi, navem ei triremem dedit, quæ Corinthum¹ deveheretur, ostendens « se id utriusque » facere causam, ne, quum inter se timerent², alter ruter alterum præoccuparet³. » Id quum factum multi indignarentur, magnæque esset invidiæ tyranno, Dionysius omnia quæ moveri poterant Dionis⁴ in naves imposuit, ad eumque misit: sic enim existimari volebat, id se non odio hominis, sed suæ salutis fecisse causam. Postea verò quàm audivit eum in Peloponneso manum comparare, sibi bellum facere conari, Areten, Dionis uxorem, alii nuptum dedit, filiumque ejus sic educari jussit, ut indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus. Nam puer, priusquam pubes esset, vino epulisque obruebatur; neque ullum tempus sobrio relinquebatur⁵.

¹ *Corinthum.* Ciudad bien conocida en la Acaya.

² *Quum inter se timerent.* Viviendo con desconfianza uno de otro.

³ *Alteruter alterum præoccuparet.* Alguno de los dos se adelantase á hacer daño al otro.

⁴ *Omnia quæ moveri poterant Dionis.* Todos los haberes de Dion que se podían trasportar.

⁵ *Neque ullum tempus sobrio relinquebatur.* No le dejaban

Is usque eò vitæ statum commutatum ferre non potuit¹, ut, postquam in patriam rediit pater (namque appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent), se e superiore parte ædium dejecerit, atque ita interierit. Sed illuc revertor.

CAPÍTULO V.

Dion, habiéndose apoderado de Siracusa, obliga al tirano á hacer un tratado.

Postquam Corinthum pervenit Dion, et eodem perfugit Heraclides², ab eodem expulsus Dionysio, qui præfectus fuerat equitum, omni ratione bellum comparare cœperunt; sed non multum proficiebant, quòd multorum annorum tyrannis³ magnarum opum⁴ putabatur. Quam ob causam pauci ad societatem periculi perducebantur. Sed Dion, fretus non tam suis copiis quàm odio tyranni, maximo animo, duabus onerariis navibus, quinquaginta annorum imperium, munitum quingentis longis navibus⁵, decem equitum, centum peditum millibus, profectus oppugna-

un instante en que pudiese hacer reflexion sobre lo que le pasaba.

¹ *Usque eò statum vitæ commutatum ferre non potuit.* No pudo sufrir una tan grande mudanza de vida.

² *Heraclides.* Hombre alborotado, y muy ambicioso.

³ *Multorum annorum tyrannis.* La tiranía habia por lo menos durado cincuenta años, repartidos entre los dos Dionisios.

⁴ *Magnarum opum.* De mucho poder.

⁵ *Longis navibus.* Galeras.

tum, quod omnibus gentibus admirabile est visum, adeo facilè percudit, ut, post diem tertium quàm Siciliam attigerat, Syracusas introierit. Ex quo intelligi potest « nullum esse imperium tutum, nisi « benevolentiam munitum. » Eo tempore aberat Dionysius, et in Italiâ classem opperiebatur, adversariorum ratus neminem sine magnis copiis ad se venturum. Quæ res eum fefellit: nam Dion iis ipsis qui sub adversarii fuerant potestate, regios spiritus repressit¹, totiusque ejus partis Siciliae potitus est, quæ sub Dionysii potestate fuerat; parique modo urbis Syracusarum, præter arcem² et insulam adjunctam³ oppido; eoque rem perduxit, ut talibus pactionibus pacem tyrannus facere vellet: « Siciliam » Dion obtineret, Italiam Dionysius, Syracusas » Apollocrates⁴, » cui maximam fidem uni habebat Dionysius.

CAPÍTULO VI.

Sentimiento de Dion por la pérdida de su hijo. Haciendo dar la muerte á Heráclides, se atrae la aversion del pueblo.

Has tam prosperas tamque inopinatas res consecuta est subita commutatio, quòd fortuna suâ mobilitate, quem paulò antè extulerat, demergere est adorta⁵. Primùm in filio, de quo commemoravi

¹ *Regios spiritus repressit.* Abatió el orgullo del tirano.

² *Arcem.* La ciudadela.

³ *Insulam adjunctam.* Una isleta, que era una de las cuatro partes de la ciudad.

⁴ *Apollocrates.* Hijo mayor del mismo Dionisio.

⁵ *Demergere est adorta.* Empezó á abatir.

suprà, suam vim exercuit. Nam, quum uxorem reduxisset, quæ alii fuerat tradita, filiumque vellet revocare ad virtutem a perditâ luxuriâ, accepit gravissimum parens vulnus morte filii: deinde orta dissensio est inter eum et Heraclidem, qui, Dioni principatum non concedens¹, factionem comparavit. Neque is minùs valebat apud optimates, quorum consensu præerat classi, quum Dion exercitum pedestrem teneret. Non tulit hoc animo æquo Dion, et versum illum Homeri retulit ex secundâ rhapsodiâ², in quo hæc sententia est: « Non posse³ bene geri « rempublicam multorum imperiis: » quod dictum magna invidia consecuta est. Namque aperuisse videbatur, se omnia in suâ potestate esse velle. Hanc ille non lenire obsequio, sed acerbitate opprimere studuit, Heraclidemque, quum Syracusas venisset, interficiendum curavit.

¹ *Principatum non concedens.* No pudiendo sufrir el que Dion estuviera en mas altura.

² *Ex secundâ rhapsodiâ.* Del 2 lib. de la Iliada. Los poemas de Homero estaban sin division de libros. Como algunos no podian tener toda la obra, trasladaban algunos trozos, y les ponian los nombres tomados del asunto mismo que se tratava en ellos. El primer trozo se llamaba la cólera de Aquiles, etc. De estos trozos resultó la division en libros. Rapsodia es lo mismo que la palabra *cosido* ó *costura*, esto es, trabazon. La rapsodia se llama tambien *cantus*, porque solian cantarla.

³ *Non posse, etc.* La sentencía es de Homero, aunque no es traduccion literal del verso que dice así: que no puede ir bien gobernada una república donde son muchos los que mandan.

CAPÍTULO VII.

Dion se granjea la voluntad de los soldados con dádivas, pierde la amistad de los grandes, y se le da el nombre de tirano.

Quod factum omnibus maximum timorem injecit, nemo enim, illo interfecto, se tutum putabat. Ille autem, adversario remoto, licentiùs¹ eorum bona, quos sciebat adversùs se sensisse, militibus disperlit. Quibus divisis, quum quotidiani maximi fierent sumptus, celeriter pecunia deesse cœpit; neque, quò manus porrigeret, suppetebat, nisi in amicorum possessiones. Id ejusmodi erat, ut², quum milites reconciliasset, amitteret optimates³. Quarum rerum curâ frangebatur; et, insuetus malè audiendi⁴, non æquo animo ferebat de se ab his malè existimari; quorum paulò antè in cœlum fuerat elatus laudibus. Vulgus autem, offensâ in eum militum voluntate⁵, liberius loquebatur, et tyrannum non ferendum dicebat.

¹ *Licentiùs.* Mas desenfrenadamente.

² *Id ejusmodi erat, ut.* Este era un punto tal, que.

³ *Quum milites reconciliasset, amitteret optimates.* Si volvía á ganar la milicia, rompía con la nobleza.

⁴ *Insuetus malè audiendi.* Como no estaba hecho á que le molejasen.

⁵ *Offensâ in eum militum voluntate.* Estando descontentos con él los soldados.

CAPÍTULO VIII.

Dion es engañado y sorprendido por Callicrates.

Hæc ille intuens, quum quemadmodum sedaret nesciret, et, quorsum evaderent¹, timeret, Calliocrates quidam, civis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso in Siciliam venerat, homo et callidus et ad fraudem acutus², sine ullâ religione ac fide, adit ad Dionem, et ait « eum in magno periculo » esse, propter offensionem populi et odium militum; » quod nullo modo evitare posset, nisi alicui suorum » negotium daret³, qui se simularet illi inimicum⁴. » Quem si invenisset idoneum, facilè omnium animos cogniturum, adversariosque sublaturum⁵, » quòd inimici ejus dissidenti suos sensus aperturi » forent⁶. » Tali consilio probato, exceptit has partes⁷ ipse Callicrates, et se armat imprudentiâ Dionis. Ad eum interficiendum socios conquirat; adversarios

¹ *Quorsum evaderent.* El paradero que tendrían las cosas.

² *Ad fraudem acutus.* Diestro en armar traiciones.

³ *Nisi alicui suorum negotium daret.* Si no se valía de alguno de sus confidentes.

⁴ *Qui se simularet illi inimicum.* El que se fingiese su enemigo.

⁵ *Adversariosque sublaturum.* Que se desharia de sus enemigos.

⁶ *Dissidenti suos sensus aperturi forent.* Al que se le mostrase enemigo descubrirían todos sus secretos.

⁷ *Exceptit has partes.* Lo toma á su cargo, se encarga de este papel.

ejus convenit, conjurationem confirmat¹. Res, multis consciis quæ gereretur, elata², refertur ad Aristomachen, sororem Dionis, uxoremque Areten. Illæ, timore perterritæ, conveniunt cujus de periculo timebant. At ille negat a Callicrate fieri sibi insidias, sed illa, quæ agerentur, fieri præcepto suo³. Mulieres nihilò scius Callicrate in ædem Proserpinæ⁴ deducunt, ac jurare cogunt, nihil ab illo periculi fore Dionis. Ille hac religione⁵ non modò ab incepto non deterritus, sed ad maturandum concitatus est, verens ne prius consilium aperiretur suum, quàm conata perfecisset.

CAPÍTULO IX.

Dion es asesinado en su casa un día de fiesta. (Año 2 de la olimpiada cvi, 555 antes de J. C.)

Hac mente, proximo die festo⁶, quum a conventu remotum⁷ se Dion domi teneret, atque in conclavi edito⁸ recubisset, consciis loca munitiora oppidi tradit, domum custodibus sepi⁹, a foribus qui non

¹ *Confirmat.* Da nuevo vigor.

² *Elata.* Rezumándose.

³ *Præcepto suo.* Por disposición suya.

⁴ *Proserpinæ.* A la que hurtó Pluton en Sicilia, y así este era el juramento mas solemne.

⁵ *Hac religione.* Por este sagrado freno.

⁶ *Festo.* De Proserpina, en cuyo templo habia jurado no hacer nada contra Dion.

⁷ *A conventu remotum.* Que no habia concurrido con el pueblo á la fiesta.

⁸ *In conclavi edito.* En un cuarto alto.

⁹ *Sept.* Rodca.

discederent certos præficit. Navem triremem armatis ornat, Philocratique fratri suo tradit, eamque in portu agitari jubet, ut si exercere remiges vellet; cogitans, si fortè consiliis obstitisset fortuna¹, ut haberet quò fugeret ad salutem². Suorum³ autem e numero Zacynthios⁴ adolescentes quosdam elegit, quum audacissimos, tum viribus maximis, hisque dat negotium ut ad Dionem eant inermes, sic ut conveniendi ejus gratiâ viderentur venire. Hi propter notitiam⁵ sunt intronmissi. At illi, ut limen ejus intrarunt, foribus obseratis, in lecto cubantem invadunt, colligant: fit strepitus, adeo ut exaudiri posset foris. Ille, sicut antè sæpe dictum est, quàm invisâ sit singularis potentia, et miseranda vita, qui se metui quàm amari malunt, cuius facile intellectu fuit. Namque illi ipsi custodes, si propitiâ fuissent voluntate⁶, foribus effractis servare eum potuissent, quòd illi⁷ inermes, telum foris flagitantes, vivum tenebant. Cui quum succurreret nemo, Lyeo quidam Syracusanus per fenestras gladium dedit, quo Dion interceptus est.

¹ *Si fortè consiliis obstitisset fortuna.* Si tal vez por alguna accidente no le salia bien el lance.

² *Ad salutem.* Para ponerse en salvo.

³ *Suorum.* De sus confidentes.

⁴ *Zacynthios.* Naturales de Zante, isla de Jonia.

⁵ *Propter notitiam.* Por el conocimiento que tenían por ser tan conocidos en casa de Dion.

⁶ *Si propitiâ fuissent voluntate.* Si hubieran querido bien á Dion.

⁷ *Illi.* Los asesinos.

CAPÍTULO X.

Se siente la muerte de Dion.

Confectâ cæde, quum multitudo visendi gratiâ introuisset, nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur¹. Nam celeri rumore dilato Dioni vim allatam, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi, falsâ suspicione ducti, immerentes, inermes, ut sceleratos occidunt. Hujus de morte ut palam factum est, mirabiliter vulgi mutata est voluntas: nam qui vivum eum tyrannum vocitarant, idem liberatorem patriæ tyrannique expulsorem prædicabant². Sic subito misericordia odio successerat, ut eum suo sanguine, si possent, ab Acheronte cuperent redimere³. Itaque in urbe, celeberrimo loco⁴, elatus publicè⁵, sepulcri monumento donatus est⁶. Diem obiit circiter annos quinquaginta quinque natus, quartum post annum quàm⁷ ex Peloponneso in Siciliam redierat.

¹ *Nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur.* Algunos mataron á los inocentes por los culpados.

² *Prædicabant.* Le proclamaban.

³ *Ab Acheronte cuperent redimere.* Deseaban comprar su vida. El Aqueronte es el rio fabuloso del infierno, lo mismo que *dolores fluvios*.

⁴ *Celeberrimo loco.* En el sitio mas público.

⁵ *Elatus publicè.* Haciéndole las exequias á expensas del público, ó del comun.

⁶ *Sepulcri monumento donatus est.* Le levantaron un mausoleo.

⁷ *Quartum post annum quàm.* Cuatro años despues que.